Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

de terra egipti. Adhuc sedere te faci
am in tabernaculis sicut in diebus
festiuitatibus. Et locutus sum super
prophetas. Et ego uisionem multipli
cauj. Et in manu prophetarum assi
milatus sum. Si in galaad ydola
Ergo frustra erant in galgal. bu
bus immolantes. Nam et altaria
eorum quasi acerui super sulcos ag
ri. Fugit iacob in regionem syrie. Et ser
uiuit israel in uxorem. Et in uxorem
seruiuit. In propheta autem eduxit do
minus israel de egipto. Et in propheta
seruatus est. Ad iracundiam me
provocauit effraim in amaritudi
nibus suis. Et sanguis eius super
eum uenet. Et opprobrium eius re
tuet ei dominus deus suus.

XL

Loquente effraim horror inuasit israel
et deliquit in baal. et mo
ritur est. Et nunc addiderunt ad
peccandum. fecerunt ex sibi conflatile de argento suo. quasi similitu
dinem ydolorum. factura artificum
totum est. Ipsi dicunt. Immolate homines iuuenes adorantes. Id
circo erunt quasi nubes matutina. Et sicut ros matutinus pertransiens. Sicut pulus raptus turbine ex area. Et sicut fumus de fu
mario. Ego autem dominus deus
tuus de terra egipti. Et deum absque me nescies. Et saluator non est pre
ter me. Ego cognoui te in deserto in terra solitudinis. iuxta pas
cua sua ad impleti sunt. Et saturati sunt. Eleuauit cor suum
et oblitus sunt mei. Et ero eis qui
leena. Et sicut pardus in uia assi
riorum. Occurram eis quasi vrsa
raptis catulis. Et dirumpam mu
ra cordis eorum. Et consumam eos
ibi quasi leo. Bestia agri scindet
eos. Perdito tua israel. quoniam in me
auxilium tuum. Vbi est rex tuus.
Ut arguat nunc saluet te in omnibus
urbibus tuis. Et iudices tui de qui
bus dixisti mihi. Da mihi rege
et principem. Dabo tibi regem in
furore meo. Et auferam in indig
natione mea eum a te. Collisata est
iniquitas effraim. absconditum
peccatum eius. Dolores p
turientis uenient ei. ipse fi
lius non sapiens. Nunc enim non
stabit in contritione filiorum. De
manu mortis liberabo eos. de mor
te redimam eos. Ero mors tua
o mors. ero morsus tuus inferne
Consolatio tua abscondita est.
ab oculis meis quia ipse mater fra
tres diuidit. Ad ducet irrentem
uentum dominus de deserto as
cendentem. Et siccabit uenas eius
Et desolabit fontem eius. et ipse
diripiet thesaurum omnis vasis
desiderabilis. Peccat samaria quo
niam ad amaritudinem suam
concitauit deum suum quoniam
corruisti in iniquitate tua. Tolli
te uobiscum uerba. Et conuertimini
ad dominum. Et dicite ei. Omne
auferas iniquitatem. Et accipe
bonum. Et reddemus iuuenes la
biorum nostrorum. Assur non salua